



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv,
Ferdinandi S. Rom. Imp. Principis, Marchionis
Castilianensis F. Natu Maximi, Libri Tres**

Cepari, Virgilio

Coloniæ Agrippinæ, 1608

Meditatio de Sanctis Angelis atq[ue] iis imprimis, qui hominum custodiæ
præsunt, à B. Aloysio Gonzaga conscripta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43934

studio, ad eum confugerint.

Atque ex his quæ hoc capite narrata sūt, facile augurari licet, Deum, qui rebus ab eo gestis necdum in vulgus proditis, ipso deprecatore, ipsiusque nominis illustrandi causa, tot res admirabiles effecerit, tantūq; beneficiorum præstiterit, longè etiam & numero plura, & dignitate clariora eius caussa facturum, postquam vita ipsius typis mandata, magis etiā quod adhuc fieri viderimus, fama apud populos, & veneratione creuerit.

*MEDITATIO DE SANCTIS
Angelis, at q̄ ijs in primis, qui hominum
custodiæ præsunt, à BEATO ALOY-
SIO GONZAGA con-
scripta.*

Dictum est à nobis in ipso cursu histo-
riæ, Beatum Aloysium meditatione
suam de Beatis Angelis, litteris mandauisse,
rogatu P. Vincentij Bruni, qui, cùm nescius
non esset, quanto ille cœlestes mentes ho-
nore coleret, quamque præclarè de ijs sen-
tiret, id ei negotij dederat. Nimirum ut, ali-
orum bono, tam insignium sublimiumque
sententiarum monumenta superessent. Ea
meditatio, vt ab omnibus, vnà cum eius vi-
ta, legi possit, hic mihi collocanda visa est.
est verò huiusmodi.

Ff. 3 EVAN-

EVANGELIVM.

Matt. 18.



Ccefferunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maiorem in regno cœlorum? Et aduocans Iesum paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Videt ne contemnatis vnum ex his pusillis, dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est.

PROPHETIAE.

Psal. 112. 1.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in terra?

Iob. 5.

2. Deus ponit humiles in sublime.
3. Aspicebam donec throni positi sunt, & antiquis dierum sedet, vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitinis eius quasi lana munda, millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.

Psal. 91.

4. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis.

Psal. 31.

5. Immitteret angelos Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Eccl. 1.

6. Ne dicas coram angelo, non est prouidentia nefor.

ne forte iratus Deus contra sermones tuos dissipet
eundem opera manum tuarum.

CONSIDERATIONVM

PARS RRIOR.

IN COMMUNI.

Considera, qua ratione Christus Dominus noster pro magna amore, quo nos creaturas suas prosequitur, nunquam definit nouas, praebere occasiones gratiam suam consequendi, & in virtutibus progreendi, ut tandem perueniamus ad finem, æternam scilicet felicitatem ab eo nobis preparatam. Atque ideo voluit in Ecclesia sua celebrari omnia nostræ redemptionis mysteria, ut renouata indies memoria omnium, quæ Dominus egit, aut passus est pro salute nostra excitaremur ad amandum illum & colendum, atque etiam conformandum omnes actiones nostras ad sanctissimæ virtutæ suæ exemplar nobis relictum. Neque hac re contentus, voluit præterea sigillatim suæ sanctissimæ & benedictæ matris, atque ex omnium Sanctorum cœtu, quorundam præ cæteris excellentium peculiarem in eadem Ecclesia agi memoriam, ut essent velut patroni & protectores nostri, suisque orationibus nobis subuenirent in necessitatibus tam corporalibus quam spiritualibus, simulque oc-

Ff 4

casio-